Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Pauli Florenij Spiritq fuerit inimicq: hic pcibq iam
vestris sit à me fugatq, pristinaq promide possim,
si id credere, meiq misereri velitis, restitui sanitati.
Hoc autem, ut spero, credetis, cum totum vobis
mea descripsero cursum uitæ, à meo ex Societate
IESV discessu ad hunc usq diem, confectum.

A vobis in Februario, ex tota verò Societate
Martio mense anni 1.579. discedens rectà Pagram
ad Paulum Florenium contendi, ut ibi quæ
rem eam, quam iam dudum amiseram, apud vos
recuperare non poteram, animi pacem, & tran:
quillitatem.

Is etenim mihi quidvis potiq, quàm Catholicam
fidem esse falsam suspicanti, imò vel hanc esse
veram, vel omnes quæ vbiq sunt, falsas esse
religiones credenti persuaserat tandem, no tam
rationibq, quàm mirificis suis moribq, istam quoq
religionem no esse veram: Sed aliam quadam
in sacris literis diuinam fidem latitare, paucis
hoc tempore perspectam, breui tamē mundo reue:
landam. Quæ sanè re effectum est, ut post
ipsiq ex nestra societate discessum & totum
mundum regi ignorantia suspicarer, & animu
meum tanquam vas vacuum Christi tantum
fide signatum viderem: eademq de causa,